

**Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Georgius Dorscheus  
Argentoratensis, D. Ad Exequias ... Dn. Simonis Graß/ Civis & Cerevisiarii  
Rostochiensis egregii. ... Quas ... Vidua & Liberi Hodie XIII. IIXbr. hora 1.  
pomeridiana in aede Mariana apparabunt, praesentia numerosa cohonestandas  
Omnes omnium ordinum literatos ... invitat & hortatur**

Rostochii: Kilius, 1656

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn777450801>

Druck    Freier  Zugang



Dorscheus, J.,

in S. Grass.

R. 1656.

31.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777450801/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777450801/phys_0003)

DFG



RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
**JOHANNES GEORGIUS**  
DORSCHEUS  
ARGENTORATENSIS, D.  
Ad Exequias

*Eximii, Spectatissimi & Honoratissimi Viri*

**DN. SIMONIS** Graß/  
Civis & Cerevisiarii Rostochiensis

egregii.

IIX. IXbr. pid in Dn. JESU fato

Quas

*In maximis mororibus ingemiscantes*

**VIDUA & LIBER**

HOD FE XIII. IIbr.

hora I. pomieridiana in adeMariana

*apparabunt,*

præsentia numeroſa cohonestandas

**Omnes omnium ordinum literatos, & Cives**

cum primis Academicos,

velut ad

*moralitatis speculum,*

*pietatis incentrum,*

*vanitatis antidotum,*

per amanter officioseq; invitat & horcatur

*Salutem perennem precatus!*

• 6(0) •

**ROSTOCHII, Typis Heredum NICOLAI KILII.**  
Acad. Typogr. Anno. 1656.



## OBUS HUSSITA erat

Vir simplex & rectus ac timens Deum,  
& recedens à malo, Job. i, I. de quo  
ita Q. Sept. Florens Tertullianus lib. de  
patientia: O felicissimum illum, qui o-  
mnem patientiae speciem adversus omnem  
Diaboli vim expunxit; quem non abacti  
grees, non illa in pecore divitiae, non fi-  
lli unoruinae impetu ademti, non ipsius  
denig, corporis in vulnere Cruciatuſ, à pa-  
tientia, fide Domino dedita, exclusit, quem

Diabolus totus viribus frustra cecidit. Neq; enim à respectu Dei tot doloribus  
avocatus est ille, sed constat nobis in exemplum & testimonium, tam spiritu,  
quam carne, tam animo quam Corpore, patientiae perpetranda: ut neq; dam-  
nus secularium, neq; amissionibus charismorum, neq; corporis quidem con-  
flictationibus succidamus. Quale in viro illo feretrum Deus de Diabolo extru-  
xit? Quale vexillum de inimico gloria sua extulit? Cum ille homo ad o-  
mnen acervum nunciorum nihil ex ore promeret nisi Deo gratias, cum uxo-  
rem jam nalis delassatam & ad prava remedia svadentem execraretur? quide  
ridebat Deus. quid? disseccabatur malus. Cum Job immundam ulceris sui  
redundantiam magna & quanimitate distingeret, cum erumpentes bestiolas  
inde in eosdem specus & pastus foraminis & carnis ludendo revocaret. Itaq;  
operariuſ ille victoriae Dei retusis omnibus jaculis tentationum lorica clypeoq;  
patientiae & integritatem mox corporis à Deo recuperavit, & quae amiserat,  
centuplicata possedit. Et Cæcilius Cyprianus l. de bono patientiae: Job  
examinatus est & probatus & ad summum fastigium laudis patientiae virtute  
proiectus. Quanta adversus eum Diabolus jacula emissæ? quanta admota  
tormenta? jactura rei familiaris infligitur, numerosæ sobolis orbitas irroga-  
tur, dives in censu Dominus, & in liberis pater dicitur, nec Dominus repente,  
nec pater est; accedit vulnerum vastitas, tabescenteis ac fluenteis artus edax  
quoq; vermis poena consumit, ac ne quid omnino remaneret, quod non Job in  
suis temptationibus experiretur, armat Diabolus & uxorem, illo antiquæ nequi-  
tie sue usus ingenio, quasi omnes per mulierem decipere posset, & fallere,  
quod fecit in mundi origine, nec tamen Job gravibus ac densis conflictationi-  
bus frangitur, quo minus inter illas angustias & pressuras suas Dei benedictio  
victrice patientia praedicetur. Aurel. Augustinus Civ. Dei XIIIX, 47.  
Sanctus



Sāctus & admirabilis Job, nec indigena, nec proselytus populi Israēl, sed ex gente Idumaea genus ducens, tertiaq; generatione posterior, quam Israēl, divino sicut laudatur eloquio, ut quod ad justitiam pietatemq; attinet, nullus ei homo suorum temporum coequalis. Prosper Aquitanicus de prædiction.  
p. 1. cap. 22. Job, ille fortissimus athleta Dei enituit, in exemplum omnis patientiae productus, ut agonistico certamine principem totius militiae Diabolum superaret, fultus auxilio Dei. Johann. Chrysostomus apud Nicetam. Heracl. in Catena in l. Job proœm. A. 4. Jobus admirabilis & magnus vir fama ubiq; terrarum celebris, pietatis athleta vñq; se Qæritus & corona insignitus, qui omne genus certaminis exaltavit, qui innumera adversus Diabolum trophyæ erexit, dives fuit & pauper, in honore habitus & vilis, multorum liberorum pater & orbus, in Regum palatius & in sterquilinio, in ueste splendida & post hac in vermium scaturigine, mille cultus obsequiu, servis postea insurgentibus, amicis conviciantibus, & conjugi insidiante, contumelias infinitas passus est &c. Isidorus Pelusiota ad Isidor. Diacon. lib. 3. epist. 106. Clarus cōsiderat Job, nepotum Abrahāmi, præstantissimus, universam Diaboli potentiam concidit, atq; ipsius sagittas consumit, pharetramq; inanem reddidit. Quem & lib. eod. ep. II. επαύει καιρον vocat. Svidas Lexicograph. gr. antiquissimus (de quo vid. Ant. Possevin. apparatus, sacr. lit. S. Conr. Gesner. & Jol. Simler, in Bibliothec.) ex transl. Hieronymi Wolfi: Job vere magnus ille & generosus veritatis pugil primus aperuit gymnicum illud & ingens, atq; adeo totum terrarum Orbem includens stadium. Hic adversarium omnibus congressibus prostravit, hic vibicibus & plagiis ad ipsa etiam ossa penetrantibus acceptis permanxit invictus: hic vermis scatens corollam meruit: hunc neq; mors prosternere potuit, neq; à tergo invadere. Instar n. firmissimæ columnæ aut incudis impenetrabilis perstiret per omnem etatem, subigens & prosternens adversarium. Hic primus diabolum devicit, hic de improbo illo triumphavit: non viator in Olympiis, aut Nemeis, aut Isthmijs, aut Pythiis, aut certaminibus ceteris, que arrogantis Græcorum sermonibus celebrantur, sed pro liberis, possessionibus, & gregibus, & armentis, & omni servitio cultus vita, ædes suas collapsas invicti animi vir, cæmiteria ac sepulchra filiorum suorum factas conspicatus. Tantus, inquam, tamq; eximius Die pugil, cum cap. XXXI. prolixis obtestationibus innocentiam suam & incontaminatum à noxibus violentijsq; externis animū defedit, & ligillatim v̄ cordate afficerat, se, ut ut ma

gna potentia illustrata, nunquam tamen eo usq; abusum viribus suis  
& autoritate, ut adversus pupillum orphanumq; aliquem violentas  
attollere atq; agitare manus ausus fuerit. Inde; ex summa honestate  
conscientiae fiducia, si omnino in eo crimine reus sit, imprecatur sibi  
אָזְרַעַת קָנֵר הַשְׁכָר : LXX. in Egypto interpretes illam impre-  
cationem ita exprimunt: οβεαχλω με αντο τε αγνωστον ειπε.  
Bein. Brachium meum à cubito meo constringatur, ut redditur in edit.  
Brylingi: quæ & legit συντετριψη Chaldaeus vertit: קָנֵר הַהֲבָר Sunt eadem planè verba nisi quod in primo ג in ר in  
tertio ש in נ mutatum. Vulgatus reddit: Brachium meum cum sis  
osib; constringatur. Tigurini, Franciscus Vat. &c. Brachium meum  
frangatur in osib;. & in not. margin. à Canna. Canna est os longum  
à flexura cubiti, usq; ad humerum. Seb. Munsterus, Santes Pagni-  
nus: Brachium meum à Canna constringatur. Et in not. Vocat Cannam.  
extensum enim Canna habet formam. Tremellius & Junius: Brachi-  
um meum ab acetabulo desringatur Piscator. Brachium meum à Can-  
na desringatur. Johannes à Pineda ita παραφράζει. Non solum bra-  
chii superior pars, sed radius ipse & brachiale à cubito usq; ad manum  
communiatur, ut digne supplicio manu, quæ iniquè contra infirmum leva-  
ta fuerit, concidat, brachium, quod percussit, atq; confregerit, pereis-  
sum constringatur. Omittimus alios. German. MStum vetustum.  
Mein Arm werde zerknischt mit seinen patien. B. Lutherus / Mein  
Arm breche von der Röhre. Joh. Dietenbergius retinet B. Lutheri ver-  
sionem, sed ad marginem in gratiam Vulgati addit: Mit seinen Bein-  
nen. קָנֵנִי est Canna, calamus, culmus, arundo, calamus etiam odo-  
ratus, mensorius, scapus in statera &c. R. D. Kimchius, quem sequi-  
tur R. Mardochai Nathan, Vatablus & alii existimant esse os a nodo  
vel flexura cubiti usq; ad humerum; Pineda v. censer, esse alterum  
os à cubito usq; ad manum, ut sit hæc imprecationis pars paulo diversa ab  
antecedente, que de superiori brachio agebat, hæc autem de inferiori,  
quam vel radicem vel brachiale videntur appellare Rufus Ephes. de appella-  
tione partium corporis humani l. i. c. ii. & Theophilus de fabric. corp. hu-  
mani c. 9. Kimchi sententiam etiam refert Buxtorf. in Lex. quem  
Schindlerus sequitur & Mercerus in add. ad thes. S. Pagnini. Non est  
opus ista distinctione, cum Jobus duò imprecetur, vel ut latus suum

five'

sive scapula decidat ab humero suo, vel ut brachium ipsum confringatur, in quo nihil nisi canna confringi potest. Contractioni autem obnoxia est & superior canna, quæ ab humero ad cubitum protenditur, & inferior, quæ à cubito ad manum. Quod v. LXX. **רַנְקָה** ἄγκυρα vertunt, parum accedit. Est enim ἄγκυρα propriè cubitus, sive locus curvaturę & flexus brachii, ἀντὶ τῆς ἄγκυρας ἐπέρι οὐσίας. Neq; satis vim imprecationis assequuntur aut exprimunt, qui vertunt à Canna. Subjectum generale, contractionis est brachium, speciale vero est ipsa Canna. Itaq; rectius est in Canna. Hæc n. est intensio imprecationis, qua ruit Jobus, ut in ipsa Canna, in ipsis ossibus brachium comminuatur, confringaturq;. **וְ** sane h. l. per in vertunt Tigurini, Vatablus &c. Bene Cocceius h. l. Non vero, defringatur, quia **עֲמֹד** totum notat, quod à suiparte nequit separari, sed, totum mibi brachium jam inde à radio confringatur. Nec ab acerabulo. Hæc n. nescio an per **רַנְקָה** recte intelligi possit. Non male Vetus. Brachium cum ossibus suis. Expressius παραφεάζει D. Scultetus. Brachium meum ut instrumentum violentia cum omnibus ossibus ab humero ad carpum usq; frangatur & ab humero avulsum decidat, adeoq; ipsa à me mea potentia deciderat. Formula hæc impredandi ( de usu ejus & quatenus liceat, nunc nondisquirimus. ) est, inquit Pineda, perelegans, ut poena culpæ respondeat, arq; illud ipsum membrum poenæ subijciatur, per quod tyrannidem & levitiam in pauperes tyranni exercent. Simul autem indicat Jobus tum *damnum incomparabile*, quod ex ejusmodi cannarum brachii aut etiam cruris pedumq; confractione emergit, tum *dolorem exquisitissimum*, tum *periculum praesentissimum*. *Damnum* quidem, quia ejusmodi ossibus sive brachiorum sive pedum corpus humanum ad varios usus erigitur adeo, ut fractura comminutione q; in ejusmodi facta tot usus intercidant, & in summas difficultates hominem conjiciatur, sive manuunt ex brachii contritione intercipiatur usus, sive pedum officium ex crurifragio sistatur. *Dolor* vero ingens & exquisitissimus, quoties stimulante natura ad motum excitantur ista totius corporis instrumenta. Hiac atrocissima delicta paribus poenis vindicatur, canas ejusmodi frangere instituerunt. Crurifragii, quod alias crurifrangium etiam vocatur, ( nam tago & tango, frago & frango antiquitus eadem. ) meminit Apulejus in Asino aureo lib. 9. *Uxor diras in eum devationes.*

ones deprecata & crurum ejus fragium abominata. Justus Lipsius de  
Crucib. 2. c. 24. mavult legi adominata. Plautus in Asinat. Crura her-  
cle offringentur, Age impudice, nisi istum pericies. Annaeus Seneca de Ira  
lib. 3. c. 32. Magnam rem sine dubio fecerimus, si servulum infelitem in  
ergastulum miserimus. Quid properamus verberare statim, crura protinus  
frangere? Sic exquisitè puniturus amanuensem Cæl. Augusto crurifragio  
afflit: Suetonius in Augusto cap. 67. Thallo à manu, quod pro epistola  
prodita denarios quin genos accepisset, crura effregit. Ita Tiberius apud.  
eundem in ejus vita cap. 44. utriq; mox (ministro cuiquam & tibicini)  
quod mutuò flagitium exprobressent, crura fregit. Et Cornelius Sulla,  
memorante Seneca de Ira lib. 3. c. 18. M. Mario Gratidiano perfringi  
crura, erui oculos, amputari manus iusit. Sic apud Polybium lib. 1. Spen-  
diani rebelles in Africa, captos Pœnorum optimates κολεβώσαντις κομη-  
ούτε ϕάντες τὰ σκέλη, ἐπὶ ζωντας ἐργάζων εἰς τίνα τὰ Φεον, admitti-  
lantes & crura conterentes adhuc viros projecterunt in soveam aliquam. Cumq;  
infensissimi Christianorum hostes summis doloribus afficere intrepidos  
& nihil de religione semel percepta muraturos martyres voluissent,  
ossifragio & crurifragio afflixerunt. Eusebius Hist. Eccles. lib. 8 c. 12.  
Τῶν Μαρτύρων πότε πέλυξιν ἀναιρεμένων, πότε δὲ τὰ σκέλη κατα-  
γγείλων. Martyribus aliis securibus interfictis, alii crucifragio puniti.  
Martyrolog. Rom. ad 4. Martii memorat, Hadrianum Nicodemum cum  
aliis viginti tribus, omnes sub Diocletiano martyrium crurifragio consum-  
masserunt. Et 23. Maii ibidem est commemoratione SS. Martyrum, qui in perse-  
cutione Maximini fratris cruribus necati sunt. Conf. Alphabetum no-  
strum de suppliciis Martyrum, præfix. Admirandis Mortis Christi.  
Periculum deniq; ingens ex isto sive brachiorum sive cruri-fragio im-  
minere in propatulo est. Mortem ista ratione accelerari solitum fuisse,  
experientia testatur. Nimirum, inquit Hugo Grotius Annot. h.  
l. qui damnati erant mori in cruce, quælenta mors, iis interdum ac-  
cidebatur mora supplicii, sed compensatione non exigui cruciatus,  
id est, crucifragio, ne de poenæ gravitate nimium decederet. I. Li-  
psiis crucifixioniam annexum fuisse crurifragium vult ex Jure non Ro-  
mano, sed Judaico. Sed Laetantius Instit. IV. 26. Suffixus, inquit,  
Christus cum spiritum deposuisset, necessarium non putarunt carnifices ossa  
ejus suffringere, sicut eorum mos ferebat. Viderit ipse, an eorum  
idei

ideat, *Judaorum*, dici possit. Nobis nunc ista disquirere non vacat.  
Satis liquet, mortiferum fuisse erurifragium. An ex causa, quam  
Franc. Nansi in *not. ad Nonni parapr. Job. c. 19.* profert, quia liquor  
quidam vitalis genuum operculis inclusus continetur, quo emissio  
mors sequitur, videant Medicorum *mēdēs*. Conf. Montacut. *Orig.*  
*Eccles. Tom. i part. post. n. 202. p. 435.* Posse excrucifragio, etiam casu  
facto, commoriorient totius corporis ortam in varia alia degenerare  
symptomata, quæ deniq. mortem afferat, documentum habemus in  
spectatissimo & variarum rerum usu instructissimo Viro, Dn. **SIMONE**  
**Graß**, Cive & Cerevisario apud nos honoratissimo, nunc ev. agens.  
Is enim ante sex septimanas negotiorum suorum expediendorum causa  
peregrinè profectus, è curru subverso prolapsus, dextrum crus fregit.  
Fractura ista q. classicum cecinit & advocavit symptomata multiplicia,  
quæ etiam Dn. Medici solertia adeo vicerunt, ut remedia omnia debel-  
laverint, & vitæ mortalís nostro cursum interruperint, lxx. lxxbris. Lu-  
stremus hujus cursus *ἀξιοπύρην αὐτερνήν* more solito. Ingressus est fra-  
gilitatis curriculum anno post Chr. natum cl<sup>o</sup> I<sup>o</sup>cl. Dusseldorpii West-  
phalorum, honestissimis Parentibus, Patre quidem **Gerhardo** Graß  
*Ephippiario Ducali*, viro cordato & pio, Matre, *semina probissima* Anna  
von der Beck. Et fuit matrimonium horum secundum egregio-  
rum filiorum ortu. Nam tulit præter beatum nostrum  
majorem natu, **HERMANNUM** Graß Capitaneum præsidii  
Ducalis corporis; Dn. **HENRICUM** Graß/ Exercitus Cæs. Generalem  
Auditorem; Dn. **ERNESTUM** Graß/ Pincernam Illust. Holl. Dicis, &  
qui in primis nominandus, *Ampliss. & Consiliis*; Dn. **JOHANNEM** Graß/  
in aula Cæsarea diversorum Princip. & Civitat. negotiorum gestorem,  
amicum nostrum honoratissimum. Noster ὁ μακαρίτης exactis in  
familia paterna pietatis & honestatis studiis, A. cl<sup>o</sup> I<sup>o</sup>c xxiv. alias ter-  
ras, alios mores lustrare aggressus est. Hollandia, Flandria, Brabantia  
cæterisq; Germaniæ inferioris visis ornamenti, in Gallias conces-  
sit. Ibi cum triennium in militia custodiae Regiæ, summa sua cum  
commoditate, exegisset, in Germaniam rediit. In ea perlustranda,  
occupatum in Holsatia Perillustru & Generosus Comes ab Hassfeld sibi  
devinxit & *aulæ Magistrum* constituit, cum quo plerasq; R. Imperii pro-  
vincias ipsamq; demum Italiam peragravit. Tandem certo vitæ generi  
inhærendum ratus, missione impertrata, bono omne Rostochium dela-

tas

rus est. Auspicatus est hic negotiatio hem non infelicer. Inde sociabit  
vitæ desiderari cœpit. Eam illi Deus opt. max. dedit feminam or-  
natissimam, ANNAM Garzini STEPHANI Schroders viri spectati  
viduam, A. cl̄ loc xxxiii. xxix. IIXbris. Societas hæc conjugalis  
fusit religionis puræ amore, pietate & virtutibus aliis, floruit felici-  
tate, viguit fœcunditate III. filiorum & X. filiarum. Supersunt in vi-  
vis adhuc II. Filii, Henricus, nuper Acad. Jenensis hospes, & Simon.  
& VI. Filiae Sophia, Catharina, Hanna, Maria, Margareta, Elisabetha.  
Utinam diuturnius voluisse eum Deus in gratiam tam numerosæ sobo-  
lis superesse, quæ paterno præsidio longius eguisset. Sed, ut dictu est, de-  
sire vivere inter nos, Anno æt. LIV. & cœlitibus illatus est, quinto ab hinc  
die, cum prius sive apprehensa Salvatoris justitia & sacramentis vivis-  
cis se ad desideratissimam unionem capessendaq; civitatis novæ habi-  
tacula satis instruxisset. Ita animæ à mortalitate absolutæ bene est.  
Corpori danda est requies in sepulcro, donec animæ beatissimè redi-  
tatur. Ad hanc requiem ut promoveatis beate defunctum nostrum  
honorifica & numerosa præsentia, & cogitetis illud Regii Psaltis can-  
tic. 103. 15. Ein Mensch ist in seinem Leben wie Gras, Vos permanen-  
ter oro & officiose hortor. Valete interea rectissime. Dab.

Rostoch, A. O R. cl̄ loc lvi. XIII. IIXbr.

## Conventus fiet in templo Mariano, hor. I. Pomerid.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn777450801/phys\\_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777450801/phys_0013)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn777450801/phys\\_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777450801/phys_0014)


DFG



[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777450801/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777450801/phys_0016)



idest, *Judeorum*, diei posuit. Nobis nunc illa  
 Satis liquet, mortiferum fuisse erurifragium  
 Franc. Nansi in not. ad Nonni paraphr. Job. c. 19  
 quidam vitalis genuum operculis inclusus  
 mors sequitur, videant Medicorum *nudities*.  
*Eccles. Tom. 1 part. post. n. 202. p. 435.* Posse ex  
 facto, commotionem totius corporis ortam  
 symptomata, quae deniq; mortem afferat, di-  
 spectatissima & variarum rerum usu instructissima  
*Graß, Cive & Cerevisario apud nos honorata*  
 Is enim ante sex septimanas negotiorum suorum  
 peregrè profectus, è curru subverso prolapsus  
 Fractura ista q. classicum cecinit & advocavit  
 quæ etiam Dn. Medici solertia adeo vicerunt,  
 laverint, & vitæ mortalis nostro cursum inter-  
 strémus hujus cursus *in iopurn aerevita* more  
 diligentis curriculum anno post Chr. natum clausum  
 phalorum, honestissimis Parentibus, Patre  
*Ephippiario Ducali*, viro cordato & pio, Matre  
 von der Beck. Et fuit matrimonium horum  
 filiorum ortu. Nam tulit prædictum  
 majorem natu, HERMANNUM Graß  
 Ducalis corporis; Dn. HENRICUM Graß/ Ex  
 Auditorem: Dn. ERNESTUM Graß/ Pincerna  
 qui in primis nominandus, Ampliss. & Consuli  
 in aula Cæsarea diversorum Princip. & Civitatum  
 Amicum nostrum honoratissimum. Noster  
 familia paterna pietatis & honestatis studiis,  
 ras, alias ter-  
 ras, alios mores lustrare aggressus est. Holla-  
 Braban-  
 dia cæterisq; Germaniaæ inferioris visis ornamen-  
 tas  
 sit. Ibi cum triennium in militia custodiae  
 suas conces-  
 commoditate, exegisset, in Germaniam redi-  
 sua cum  
 occupatum in Holsatia *Perillystru* & Genero  
 luistranda.  
 devinxit & *aule Magistrum* constituit, eum quo-  
 ckfeld sibi  
 vincias ipsamq; demum Italiam peragravit. Tunc  
 perii pro-  
 inhærendum ratus, missione imperata, bono  
 generi  
 hium dela-  
 tas



the scale towards document

Patch Reference numbers on UTT

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No.